



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Eduardus Oldcornus Hallus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

bat; quietem verò non alio cervicali vsus quàm lapide, capiebat.

*Italus .
etat. 31.
Soc. 12.
S. Ioseph.
S. Xaue-
rius.
Mare .
Mortif.*

P. Antonius Riparius magno erga S. Iosephum vt cultu, ita fiducia spectabilis, dicebat se ab eo nihil admodum quod non obtinuerit petijisse. S. Xauerij reliquijs maris tempestatē tranquillauit: quocirca voti religione promisit se, 1. Decēbris perpetuum ieiunium seruaturum; sextâ quoque qualibet feriâ, ex voto item, panis tantum & aquæ vsu contentus. Huius cæsi caput visum sæpius exultare, cum corpus truncum staret ingenti spectantium admiratione.

*Anglus
Vigornia.
7. April.
1606.*

P. Eduardus Oldcornus Hal-
lus. Romæ ad Societatem
adlectus, in Angliâ feliciter

no-

nobilem matronam conuertit, inediâ, & assiduâ precatio-
 ne ad Deum fusâ, cum illam
 orthodoxæ fidei momentis
 quantumlibet peritè addu-
 ctis permouere non posset.
 Conuersam se aiebat, quòd
 vidisset P. Eduardum, sui
 causâ quarto iam die ieiun-
 nium tolerare. Athoritate,
 ac ex eo sanctâ quadam li-
 bertate, cum polleret, Lon-
 dini in fenestra viri Catho-
 lici Martem & Venerem pi-
 etam vidit, ac pugno con-
 fregit. Malum cancro per-
 simile, quod in eius ore ser-
 pebat, repentè sanus S. Vve-
 nefridę Virginis ope discuf-
 sit. Duodeuiginti annis in
 patriâ illa vineâ, solerti assi-
 duitate, laborauit: postea,
 in eius quam propagabat fi-
 dei odiû tentus est, & suspen-

*Zelus.**Mortif.**S. V. vene-
frida.*

fus, ac laniatus . Ignem, quo eius intestina combusta sunt, per totos sexdecim dies incinere arsisse affirmant . Satellites aquam ei plurimam affudere ; neque tamen extinctus est . decimosextimo demum die in luculentam, flammam erupit, & oppressus est : id quod diuinitus factum putant ad Eduardi innocentiam contestandam .

Mors.

Corona. Ibidem corona viridis, veluti regium diadema, creuit in gramine, diuque permanfit .

Sardus.
in Phillip-
pinis .
10. April.
1645.
atat. 40.
Soc. 23.

P. Ioannes Dominicus A-
seus . Emenso Philosophiæ,
Theologiæq; totius curricu-
lo, Coadiutor spiritualis for-
matus Philippinas obtinuit.
vbi in Cabaliensi vico na-
uiter procurauit ea quæ ad
salutem animarum spectant.

Mor-